

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6880

Autre(s) référence(s) : Round 975

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1156-1161]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Concession à l'abbaye de Saint-Sauveur de franchises et de droits d'usage, avec un moulin sur l'Ouve.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CXCVI, t. 1, p. 328-330.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 975.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 329.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, vicecomitibus, et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis, salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse Deo et abbacie Sancti Salvatoris de Constantino omnem quietanciam, pro anima Gaufridi patris mei, de omnibus rebus propriis ejusdem ecclesie ubique per totam terram meam et in portibus maris et in omnibus mercatis meis, et nundinis et civitatibus et castellis et villis, et do eis pasnagium suum de propriis suis in omnibus hais et nemoribus meis. Hanc quietanciam eis concessi de propriis suis rebus in theloneis et in omnibus aliis consuetudinibus michi pertinentibus. Item do illis et predicte abbacie ut habeant molendinum ad Sanctum Petrum de Lutumeria in perpetua elemosina. Concedo iterum monachis apud ipsum Sanctum Petrum Deo servientibus ut habeant de ipsis hais ligna ad monasterium et molendinum et domos suas omnes tenendas et pasnagium suum et omnes consuetudines suas quietas omnium possessionum suarum. Item do et concedo eidem abbacie Sancti Salvatoris ut habeant mercatum perpetualiter apud Sanctam Mariam de Podiis die quo voluerint in ebdomada, ita ut ab omnibus in illo vendentibus et ementibus rectas et plenas consuetudines accipiant. Concedo iterum et do eidem abbacie in perpetuum possidendam omnem greveriam meam de Torgistorp, et quietam facio a consuetudine thesauri aliisque consuetudinibus michi pertinentibus pro salute mea in perpetuum. Concedo eidem

abbatie ecclesiam Sancte Marie de Hulmo. Concedo etiam et confirmo donum Guillelmi Soini quod fecit eidem abbacie de terra sua de Lutumeria, de terra quam habebat in insula de Gerseio in parrochia Sancti Johannis, et de tertia parte de Ansleville. Concedo et do predictae abbacie singulis annis nundinas ad festivitatem Sancti Michaelis de Torgistorp et ad festivitatem Sancti Georgii et in quarta feria Rogationum, ita ut capiat plenas consuetudines ab omnibus vendentibus et ementibus. Concedo et do predictae abbacie iterum nundinas ad Sanctum Leodegarium et in silva de Verneio ad ignem monachorum ejusdem loci de mortuo bosco singulis diebus. Concedo item donum quod fecit Robertus de Valumpniis de feodo regii (sic) et de meo. Similiter do et confirmo eidem abbacie de Sancto Salvatore ecclesias de Bruis et de Couvilla et Sancti Martini de Girat (sic) et de Sancto Christoforo. Hiis testibus: Thoma cancellario, Ricardo Constanciensi episcopo, Willelmo Hamonis Filio.